

rejas, por qué razón las impresiones luminosas no podrían comunicarse también al ojo? La negativa aquí nos parece más probable; pero si el lector juzgare de otra manera, que nos perdone y se exprese con toda claridad manifestando sus razones. (1)

“Dados hoy los progresos de todas las ciencias naturales tenemos que no pocos fenómenos hinópticos pueden con más ó menos verosimilitud tenerse por efectos producidos por causas puramente naturales. Así por ejemplo, la telegrafía sin hilos, la visión á través de los cuerpos opacos, experiencias que están auu en la cuna, hace algunos años, se hubiesen juzgado como imposibles. Los milagros no se suponen sino que se prueban, y por esta razón la S. Congregación del Santo Oficio permite á los sabios que empleen, en los casos que le han propuesto, el hipnotismo usando de la presunción que hasta ahora existe en favor de su naturalismo. Y si objetivamente y con toda verdad esta presunción resultare falsa, si el fenómeno fuese en realidad extraordinario y nonatural, previniendo esto, dales la regla ordenándoles que hagan una previa protesta en la que manifiesten la rectitud de sus intenciones.

Queda tambien en la misma respuesta perfectamente aclarado, que deben aun los sabios abstenerse de tomar parte en los casos en que el fenómeno sea completamente contrario á las leyes conocidas de la naturaleza.

1 *La mystique divine*, t. 3 cap. 35 n. XIX edit. 1883 pág. 681.

Entendemos por obra del Espíritu del mal, dice Ribet, todo aquello que el hombre es incapaz de realizar por medio de la aplicación atenta é intensa de sus facultades, como sería por ejemplo, conocer las cosas lejanas y naturalmente ocultas, dormir y despertar, mandar y prohibir alguna acción tan sólo por un acto interno de la voluntad, entrar en relación con una persona ausente por medio de la manipulación de algún objeto que ella hubiese tocado (1); igualmente lo sería conocer los pensamientos ó la voluntad de alguno, hablar un idioma que jamás se supo y predecir con certidumbre las cosas futuras contingentes. Si en tales cosas no interviene y toma parte de un modo muy especial la superchería, tales fenómenos sobrepasan á las causas naturales.


De todo lo dicho se desprende, que hasta ahora la Santa Sede no ha pronunciado su juicio resolutivo acerca de la licitud ó ilicitud del hipnotismo ni de la sugestión que con él se relaciona, sino que tan solo ha marcado las condiciones requeridas para que pueda tomarse parte en sus experimentos, tratándose, tanto de los fenómenos que hasta ahora se han producido, cuanto de los que en adelante se produjesen.

1 Loc. citate, n. xx.

Talleres de Imp. y Enc. de Luis G. Gonzalez,
Alcalde 8½.

COLECCION

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González. Alcalde 8½.

Resp. Jesus Berrueco.

TOMO IX.

GUADALAJARA, NOVIEMBRE 8 DE 1900.

NUM. 69

SECCION I.

EPIHEMERIDES LITURGICAE.

QAESTIONES.

IX.

DE DIEBUS III, VII ET XXX.

Augustinus Parochvs, qui tantam in obitu Caroli amicissimi sui pietatam ostenderat, III^{am} quoque diem, VII^{am} et XXX^{am}, uti et anniversariam (de qua tamen alia in questione agendum), vehementi cordis affectu, in illius suffragium celebrare voluit. Sed imprimis quorundam dictoria sustinere coactus fuit, qui contra specialia dictorum dierum privilegia propriam insipientiam effutiebant ac veluti superstitionis notam ipsi inurebant. His vero spretis. Augustino difficultas alia obiecta fuit, vi cuius praefati dies haud a sepultura, sed ab obitu computandi essent: quos tamen ipse noverat impeditos

in suo calendario. Hinc pietati suae facere cupiens satis, dissidentium momenta neglexit, suamque consuetudinem sequens, dies III, VII et. . . XXX a sepultura Missam solemnem ipsemet celebravit. Quinimo in duabus aliis eiusdem civitatis Ecclesiis, quas maximis Carolus benefactis cumulaverat, iisdem diebus, ut eadem Missa, saltem cum cantu, celebratur curavit Praeterea cum in altera ex dictis Ecclesiis dies XXX esset impedita, consilio Rectorem illius iuvit, ut illam in primam diem a duplici II classis liberam reponeret: quod actu perfectum est. *Quaeritur:*

1. “Unde et quando orta in Ecclesia fuerit consuetudo dierum III^{mi}, VII^{mi}, XXX^{mi} atque etiam anniversarii, peculiari solemnitate celebrandorum?”

2. “An praefati dies revera ab obitu computari debeant, vel etiam a die sepulturae seu depositionis computari valeant, iuxta antiquam et praesentem disciplinam?”

3. “Quid ius vigenz statuat circa eorum dierum privilegia, impedimen-

tum et translationem? Et num in pluribus Ecclesiis recoli licite possint?

4. "An bene se gesserit Parochus Augustinus iuxta quod in casu expositum est, an potius ratio pro dissidentibus pugnet?"

SOLUTIO

Ex dissertatione Rev. Dom. Icillii Henrici Miele, Pont. Semin. Rom. Alumni, habita in S. Aede Congregationis Missionis prope Curiam Innocentianam, die 9 Maii 1900; acta Epitome per R. Mum Dom. Calcedonium Mancini, Academiae Moderatorum.

I. Unde et quando orta in Ecclesia fuerit consuetudo dierum III, VII et XXX atque etiam Anniversarii, peculiari solemnitate celebrandorum?

Populi cuncti, qui inter civiles merito adnumerati sunt, funerum honore constanter suos defunctos affecerunt. Si qui civiles, ab origine mundi, prout negari nequit, extiterunt, talibus usi sunt officis; imo haud raro inter ipsos incultos populos novimus similiter actum. Unde huiusmodi praxis antiqua aequae ac mundus ipse dici potest. Nostra vero hic non interest, quanta vetustate gaudeat usus sacrificii Missae offerendi pro mortuis, demonstrare; satis sit una cum Tertulliano dixisse, antiquum esse quantum ipsummet sacrificium, namque ab Apostolis originem duxit et Angelicus Doctor sane ait: "quae quidem consuetudo ab ipsis Apostolis inchoavit." Sancti Patres et historia idem docent. Nu-

llimode tamen autumandum, Missam defunctorum habuisse tunc specialem Rubricam prout nunc. Persecutionum tempore, furtim et quamcito Christiani defunctorum corpora in catacumbas deferebant, ibique Missas de more celebrabant. Magni Constantini aevo, etiam huius principis iussu, fidelium funera ritus proprios possederunt; at mortuorum Missa, iuxta fere hodiernum ritum, septimum saeculum non antecedit. Confirmat huiusmodi assertum Orientalium usus, qui Missas defunctorum proprias non habent, et nunquam praesente cadavere celebrant. Sed, quod et raro satis accidit, pro iis, festivam Missam celebrant, die sepulturam insequente, tertio, nono et quadragesimo. At gradum facere ad directam primi quaesitus responsionem tempus est.

Post plurima documenta, quae brevitate ergo omittuntur, et ceterum plurimis sunt nota, in ipsis Ecclesiae primordiis, Missae in defunctorum suffragium certe celebrabatur die ipso depositionis, quae semper fere idem erat ac mortis; namque statim cadaver, in catacumbas efferebatur et deponeretur. Libertate et publica tranquillitate consequente, aliquatenus res immutata est. Tunc sane defuncti cadaver, iuxta gradum conditionem plus minusve insepultum manebat, sive ob populi concursum, sive pro ipso aromatibus condiendo, sive ad commodius funebres pompas ordinandas. Die vero, quicumque fuerit, depositionis, antequam corpus sepelire-

tur, Missa rite celebrabatur, quod et nunc videmus servatum, iuxta Romani Ritualis enixe commendatam legem: "Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa praesente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturae tradatur." Antiquus ergo, cadavere in Ecclesia deposito, Sanctum celebrabatur Sacrificium, a *Constitutionibus Apostolicis* "Sacratissimam precem" vocatum. Et, buod ante humationem celebraretur, Origines (*Comm. in III Job.*) et Tertullianus (*De corona milit.*) testantur: ita pariter Eusebius (*De vita Constant., lib. 4*) et Augustinus (*Confes., lib. 9. c. 12*). Talis est praxis ab Episcopis et Concilio Valentino praecipua, ita S. Isidorus Hispalensis iubet, "ut transeuntibus ex hac luce fratribus, antequam sepeliantur, prodimittendis eorum peccatis, Sacrificium Domino offeratur [*cap. ult.*]. Ipsum Concilium Valentinum iubet ut "post oblatum in eius commendationem Sacrificium Deo, suae sepulturae tradatur [*Can. 4.*]" Unde, cum certum sit, Missam ad sepulturam cadaveris ab antiquis celebratam fuisse, et ab initio ipsum diem mortis idem et depositionis extitisse (notetur adhuc vigens Rubrica: "In die obitus, seu depositionis defuncti"), probatum manet, hunc primum diem inter peculiari solemnitate eminentes habitum esse. At cum, ut superius diximus, necessitas seu cadaveris curandi, seu funebris pompae disponendae, ad minimum, ad tertiam diem ab obitu depositionem protraheret et ta-

li die Missa itidem celebraretur, iuxta antiquum institutum, haec Missa depositionis non amplius confudebatur cum illa obitus, ut prius, sed semper fere tertius erat dies ab ipso obitu. Unde celebrantes eo die, iure depositionis, cum esset, ut plurimum, dies tertius ab obitu, mos invaluit Missae sacrificium litandi *in die tertia obitus* etiamsi cadaver sepultum aut prius ant postea fuerit. Inter Monachos, veteres Abbates solitum fuit tali die aepeliri (Martène, lib. III, c. XIII); similiter S. Hieronymus refert de S. Paula, et Hugo Flaviniacensis ait, de comitissa Matilde: "post diem tertium sepulturae mandata est (Chron. Virdun, pag 167.) Martigny autem dicit, Missam depositionis locum habuisse die tertia, praesente cadavere, antequam istud terrae traderetur: "Cette Messe n'avait lieu que le troisième jour après la mort, et les trois jours qui précédaient les funérailles étaient consacrés à des prières continuelles, qu'offraient près du corps, dans le cimetière le clergé, les parents et la masse du peuple chrétienne (*Diction. des antiquités Chrét. Funérailles.*)"

Praeter diem tertium, alii quoque pro depositione statuebantur, quia necessitas videlicet haud raro sic postulabat. Deponerent nonnulli cadaver die quarta ab obitu; unde ob eandem rationem, tunc quoque celebrabant. Pelagia, Sancti Aredii mater, ut Gregorius Turonensis refert, cum in vitae discrimine versaretur, sic filium affatur. "Quaeso, fili dulcissime, ne me ante diem quartum

sepliatis, ut venientes famuli famulaeve omnes, videant corpusculum meum, nec ullus frustretur ab exequiis meis, de his, quos studiosissime enutrivimus (Greg. Turon. *De gloria Confess.*, cap. 104.). Idem Gregorius de S. Gallo Arvernensi habet: "Iacuit in Ecclesia triduo, assiduo instante psallentio, cum magna frequentia populi. Episcopis autem, quarta die, advenientibus, eum de Ecclesia leverunt, et portantes in sacri Laurentii basilicam, ibi sepelierunt (Id., *De vitis Patrum* cap. 6)

Depositio tandem et celebratio Mysteriorum adhuc ad septimam diem nonam, trigesimam et quadragesimam producta interdum fuit. Servius, in librum V Aeneidum Virgilii, scribit, apud Romanos septem consuevisse pertiansire dies, inter obitum et elevationem cadaveris; et reipsa defuncti corpus "diebus septem servare solebant, ara constituta, ubi odores incenderent, quae acerra dieta est. Graecis vero septemdecim diebus corpora antequam cremarentur, totidem noctibus servare mos erat [Alexand. *Genial dierum* lib. 3 c. 7.]" Insuper, duce historia, novimus alias, inter paganos, cadaver septima die delatum, luctumque per dies novem productum, ad diem nempe tertium ab elevatione cadaveris, quo Diis Manibus defuncti sacrificia offerebant, unde novendialium nuncupatio. Hinc Christianifideles, magna ex parte pagani Christum secuti, aut inter illos degentes, mores eorum, pluribus de causis, servaverunt, asportabant nimirum et ipsi septima dica-

davera, celebrabantque Missam in die depositionis, iuxta solitum; non omittentes iterare celebrationem die tertia a depositione, nona scilicet ab obitu. Pluribus in locis, celebrandi onus imponitur die septima; alibi nona, praeter tertiam, trigesimam et quadragesimam (Marténe, *lib. III, cap. XIII, tom. II.*) Ex gr. *Constitutiones Apostolicae*, celebrandum iubebant tertium, nonum et quadragesimum diem: Peragatur, dies, tertius mortuorum in Psalmis, in lectionibus atque Orationibus, etiam nonus in commemoratione defunctorum, atque quadragesimus—*lib. 8, cap. 48.*—" Hoc Decretum observatum fuit, et S. Augustinus notat, de die tertia, executioni mandatum in morte pueri cuiusdam Evodii vocati; verum, per accidens notamus, dies tunc, sicuti et impraesens, ad arbitrium computabantur aut a die mortis, aut ab illo sepulturae; Episcopus Evodius, Augustino scribens in morte adolescentis, habet: "Per triduum hymnis Deum collaudavimus super sepulcrum ipsius, et redemptioni Sacramenta tertio die obtulimus (*Ep. 250*)" E contrario Theodorus Cantuariensis a quodam gallico auctore in suo Pontificali citatus, ait dies supputatos fuisse a morte: La Messe est célébrée à leur intention, le premier, le troisième, le neuvième et le trentième jour après leur mort.

Apud Marténe inveniuntur plures humationes die septima secutae, cum Missae celebratione; ita de S. Wolfango Episcopo Ratisbonensi et de Archiepiscopo Coloniensi S. Annone.

Historia pariter docet, quod mirum apparere potest pro nonnullis, praecipue pro conspicuis viris, depositio nem non potuisse pluries exsequi, nisi post triginta vel quadraginta dies. Una cadaveris balsamis et aromatibus, tractatio, teste Deodoro Siculo, plus quam triginta dies exposcebat: "Lotum denique cadaver ad dies plures triginta unguento primo cedri no aliisque delibantum reddunt. Mirra deinde ac cinnamomo aliisque, non longiori tantum conservationi, sed etiam fragrantiae aptis, conditum propinquis reddunt. "Unde plures Imperatores et Reges, sicut et nonnulli alii, sepulturae mandati finire nunc trigesimo, nunc quadragesimo post mortem die. Theodosius imperatur ex gr. tricesimo die a morte sepultus est. (Theodor. *Lector, lib. 2 Hist.*); Reges Galliarum plures; quadragesimo; illo autem die Missa dicebatur. Sunt qui contendunt Christianos etiam in hoc paganos imitatos fuisse, praecipue graecos, qui Mercurio ad tricesimum diem sacrificabant, quemadmodum et ad nonum Apolini (V. Plutarcum.)

Sed et magna pompa, pervetusta consuetudo celebrandum imposuit die quoque anniversario ab alicuius obitu. (Qui paganos mores praetendunt ad Christianos transisse, notant, apud graecos, funebria anniversaria renovata fuisse in festis Nemesis, dum Romani Februarium mensis mortuis sacrabant]. Haec quoque Anniversaria apostolicae sunt traditionis: "Peragatur dies tertius mortuorum nec non anniversarium

pro memoria ipsius," inquit Constitutiones Apostolicae (*lib. 8, cap. 48*) S. Gregorius Nazianzenus loquitur de solemniis in anniversario mortis fratris sui Caesarii celebratis, ita et alii plurimi, coevi et posteriores, usque ad ecclesiasticas sanctiones. Sed cum obvia sit ratio diei anniversarii recolendi magis instare haud opportunum ducimus. Pro iis vero, qui mysticas et analogicas rationes in sacris ritibus videri proptant, sint sequentia. Sunt qui diem tertium in solamen defunctorum celebrandum solemniter edicunt, quia Iesus Christus tertia die post suam mortem resurrexit; alii ut Sumus Iudex exoretur ad dimittendum defuncto omnia peccata cogitatione, verbo et opere commissa; vel ut ei dimittantur culpa in se ipsum, in proximum et in Deum peccata, et restaurare dignetur in illis imagine SS. mae Trinitatis. Septimam diem recolendam esse nonnulli volunt, ad septenarium numerum capitalium vitiorum sacra Libatione expiandum; aut ad Iacob imitandum, in luctu pro filio Ioseph, septem diebus flentem: *Luctus mortui septem (Eccl.)*; sive etiam quia sabbatum festivus est dies, et tunc Deus Sabbati rogatur ut dignetur animae defuncti aeternam donare requiem. Ex eo quod Moysen et Aaron populus triginta flevit diebus, usus inductus aestimatur de tricesimo defunctorum recolendo. Nec desunt inter huiusmodi interpretes praeclarissimi viri; Theodorus Cantuariensis in suis Capitularibus, in-

quit: "Missas saecularium mortuorum ter in anno tertia die debet agere, quia surrexit tertia die, et nona hora emisit Spiritum, et triginta diebus Moysen fili Israel planxerunt, et defuncto Iacob.... Israel luxit eum septem diebus". Nonus dies mysticus etiam dictus fuit, eo quod Dominus exorabatur ut defunctum novem Angelorum choris associaret. Quid de hac interpretandi ratione? Unusquisque abundet in sensu suo; sed quando legimus Callistum Nicephorum asserentem, diem tertium celebrari, quia eo die post mortem facies hominis transformatur; nonum, quia tunc corpus, corde excepto, corrumpitur; quadragesimum, quia cor etiam et carnis residuum consumitur, quid nimis videtur, et uti exaltati cerebri lucubratio respuitur.

Hucusque vidimus, ab antiquo morem undequaque servatum in Ecclesiis, pro defunctis celebrandi diem tertium, septimum, nonum, tricesimum, quadragesimum et anniversarium; sed necessaria erat, ad uniformitatem servandam, supremae Ecclesiae auctoritatis sanctio, quae quidem usque ab aevo Clementis I prodivit, ut deinceps recolendi tantum forent dies III, VII, XXX et anniversarius, a die mortis aut depositionis computandi, prout mox fusius dicemus.

SECCION II.

Gobierno Eclesiastico del Arzobispado de Guadalajara.—CIRCULAR.

Considero de gran importancia para los sagrados intereses de la Religión, de la Iglesia y de la Sociedad entre nosotros, y por tanto, para el bien espiritual de mis amados diocesanos, la noble empresa de las honorables personas que forman el "Apostolado de la Prensa" en la Capital de la República, de fundar una "Compañía Editorial Católica" para contrarrestar, por medio de la edición de periódicos y otras publicaciones netamente católicas, la perniciosa influencia de la prensa antireligiosa que desgraciadamente circula por todo el país, con el fin claro y manifiesto de descatalogarlo por completo, si posible fuera.

Esta Compañía, de cuyos Estatutos remito á Ud. un ejemplar, se está organizando bajo muy buenos auspicios; y yo mismo he tomado acciones en ella.

Recomiendo por lo mismo á los señores Eclesiásticos y á los fieles de este Arzobispado que lo puedan hacer, que coadyuven á los nobles fines que esa empresa se propone, tomando acciones según sus facultades; pues con un pequeño desembolso que, por cierto, estará bien garantizado por la muy acreditada y reconocida integridad y representación social de las personas que suscriben

la Convocatoria, y que es muy probable que no será infructuosa, aún en lo pecuniario, para los accionistas, contribuirán éstos al bien de la Religión y de la Patria, de la familia y de los individuos.

Dios Nuestro Señor guarde á Ud. muchos años.—Guadalajara, Octubre 24 de 1900.

† JACINTO

Arzobispo de Guadalajara.

Circular del Gobierno Eclesiástico del Arzobispado de Guadalajara.

Sabedor de que se tratase hacer el nuevo Censo general de la República y convencido de que la exactitud con que se lleve á cabo, interesa en gran manera para conocerse mejor la importancia de nuestro país, con positivo provecho de sus legítimos intereses, dirijo á U. la presente, recomendándole de un modo especial que, dentro de los límites de su misión y sacerdotal carácter, coopere lo más eficazmente que le sea posible, á que la Administración civil logre en esa parte el objeto de sus buenos deseos.

Al efecto, espero que procurará U. instruir en lo particular á los fieles aprovechando las oportunidades que para hacerlo prudentemente se le presenten, á que se facilite con buena fé, con entera confianza y de toda voluntad, como miembros de la sociedad civil, administrar cuantos datos se les pidan por los agentes ó comisionados para el empa-

dronamiento; convenciéndolos de que no deben abrigar temor alguno de que les sobrevenga daño ni perjuicio de ninguna clase por proporcionar esas noticias; y haciéndoles patente que así contribuirán á un noble objeto de utilidad pública, al bien de nuestro país y á la demostración general del acatamiento que se debe á las buenas disposiciones emanadas de la Autoridad, que tan recomendado nos fué á todos por nuestro Divino Salvador y que nos prescribe la Santa Iglesia á que nos gloriamos de pertenecer.

Dios Nuestro Señor guarde á U. muchos años. Guadalajara, Octubre de 1900.

† JACINTO

Arzobispo de Guadalajara.

SECCION III.

NOMBRES

DE LOS

Sres. Sacerdotes que

Practicaron los santos Ejercicios.

Sr. Cura	D. Agustín Aguirre.
„ Pbro.	„ Benito Anguiano.
„ „	„ Guadalupe Garibay.
„ „	„ Ildefonso Ruiz.
„ Cura	„ José del Refugio Lepe.

Pbro. „	Jesús Pedroza.	„ „ „	Victor Vargas.
„ „ „	Narciso Cuevas.	„ „ „	Juan Siordia.
„ „ „	Ireneo Ramírez.	„ Cura „	Jesús Curiel.
„ „ „	Padre Director	„ „ „	Felipe Ramírez.
„ „ „	Albino Vázquez.	„ „ „	Esteban Agredano.
„ „ „	Severo López.	„ Pbro. Lic.	Juan Martínez.
„ „ „	Eulalio Montero.	„ „ „	Andrés Larios.
„ „ „	Vicente Padilla.	„ „ „	Francisco Alcalá.
„ „ „	Higinio Acosta.	„ Cura „	Ignacio A. Lazcano.
„ „ „	Manuel Briones.	„ „ „	José A. Acosta.
„ „ „	Cosme I. Cisneros.	„ „ „	Martiniano Gutiérrez.
„ „ „	Bruno Ríos.	„ Pbro. „	Nabor Ortiz.
„ „ „	Antonio Ramírez.	„ „ „	Pedro Rivera.
„ „ „	Jesús R. Velazco.	„ „ „	Ricardo V. Gonzalez.
„ „ „	Pedro Lizarde.	„ „ „	Julio González.
„ „ „	Juan de Dios Alvarez.	„ „ „	Gerónimo M. del Campo.
„ „ „	Sacristan mayor D. Serapio Leal.	„ „ „	Juan Saucedo.
„ „ „	Atanasio Rodriguez.		
„ Cura „	Dionisio Maria Gómez		
„ „ „	Jaime Anesagasti.		
„ Pbro. „	Ignacio Garibay		
„ „ „	Rumualdo Hermosillo.		
„ „ „	Nicandro Covarrubias		
„ „ „	Luis Peña.		
„ „ „	Aurelio Mendoza.		
„ Cura „	Regino Ramos Pedroza.		
„ Pbro. „	José Santos López.		
„ „ „	Román Oliva.		
„ Cura „	Juan N. de la Torre.		
„ Pbro. „	Julio Alvarez.		
„ „ „	José Isabel Flores.		
„ „ „	Crescencio Ruiz Esparza		
„ „ „	José María Cornejo		
„ „ „	Gilberto Espinosa		
„ „ „	Rafael Sandoval.		
„ „ „	José Huerta.		
„ „ „	Domingo Casillas.		
„ „ „	Narciso Elizondo.		



DEFUNCION.


El día 4 del corriente, falleció en Zapotlán el Grande, el Sr. Cura p opio de Tamazula Pbro. D. Hilario E. Placeencia.

Que Dios Nuestro Señor haya premiado los méritos de la larga carrera sacerdotal del recomendable difunto.

Talleres de Imp. y Enc. de Luis G. Gonzalez,
Alcalde 8½.

COLECCION

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González. Alcalde 8½.

Resp. Jesus Berrueco

Tomo IX.

GUADALAJARA, NOVIEMBRE 22 DE 1900.

NUM. 70

SECCION I.

EPHEMERIDES LITURGICAE.

QUAESTIONES.

II.

Num elogium funebre pro defuncto permittantur in exequiis? A quibus, quando, quibus vestibus et ubi ea fieri ex leg. possint?

Quoad primam partem, respondemus: Affirmative. Usus funebrium elogiorum est vetustissimus. Antiqui Aegyptii Sacerdotes huiusmodi elogium habebant coram cadaveribus. Postea hic mos ad Graecos transiit; ita fecit Pericles in laudem mortuorum in pugna ad Thermopylas. Romani quoque eundem servarunt, ut scimus de Publio Valerio, qui laudes

dixit ante cadaver I. Bruti, in bello contra Etruscos defuncti. Tandem haec praxis ad Italiam totam pertransiit, et universalis facta est. Primaevi Christiani in suis quoque ritibus invexerant funebres orationes, sed ex modestia non tam saepe persolvebant, uti mos erat inter gentiles. Funebres orationes aut mentaliter aut ex scripto recitari consuevere, pro diversitate locorum et personarum, ac pro diversis temporum adiunctis; praecipue enim locum habebant in exequiis summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Regum, Principum, aliorumque virorum eminentium vel gradu, vel doctrina, sive sanctitate, aut praeclare gestis. Saepe habebantur in Anniversariis et aliis privilegatis diebus, sicut et in cinerum translatione. Eusebius orationem funebrem habuit pro Imperatore Constantino, S. Gregorius Nazianzenus dixit in funebribus Basilii, Athanasii et Caesarii, S. Ambrosius funebres laudes texuit Imperatorum Valentiniani et Theodisii, nec non fratris sui Satyri S.